

fractamq; examina. Quod si satis alba sit, desistendum est ab opere coctionis; sin minus, diutius insistendum, donec nempe albedinem sufficientem ostenderit. Inter bulliendum providendum fuerit, ne aqua deficiat; itaq; identidem alia fervens aqua superadjicienda.

### OLEUM AD HEMICRANIAM COMPOSITUM.

Recipe Rutæ manipulum unum. Bulli in libra una olei  $\alpha$  olivarum, in olla novata per horam dimidiam. Deinde funde illud in retorta, eiq; adde terebinthinæ  $\beta$  Venetæ uncias duodecim: Colophonix uncias quatuor. Destilla in arena. Aqua clara, quæ primùm exit, & nullius momenti est, separetur postea, igne per gradus aucto, oleum destillatione prolectetur, seorsim asservandum.

Usus. Præsente paroxysmo, parum de eo ad lignem calefiat: & gossypio in eo humectato, frons & tempora, ut & ipsa pars dolens, cum cubitum eundum est, inungatur.

$\alpha$  recentis.

$\beta$  clara scilicet: Additur autem propter penetratorem.

OLEUM